Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dnm • & qui locuntur mala ad uersus animam meam 7

Et tu dne dne fac mecum propter nomen tuum • quia suauis misericordia tua 7

Liberame quia egenus & pauper ego sum • & cor meum turbatum est intra me 7

Sicut umbra cu declinat ablatus sum • & excussus sum sicut locustae 7

Genua mea infirmata sunt a ieiunio • & caro mea immutata pp oleum 7

Et ego factus sum opprobrium illis • uiderunt me & mouerunt capita sua 7

Et tu dne • hoc est siu du tradidit • siu deus crucifixit • tu fac misericordiam 7 ut contra illa quae facta sunt • resurrectio gloriosa proueniat 7 mecum omnia quae facit pater • operatur et filius 7 Suauis est eius misericordia • In uia sis misericordiae 7

Hic felicitate psecutionis ostendit • quia tanta celeritate de medio discipulorum raptus est • quanta uelocitate solet umbra noctis recedere • ueniente solis lumine 7 excussus sicut locusta • quae manus apprehendentis euitans • quibusdam saltibus euolat • sic xps apsecutionib • crebris loca uidebatur diuersa mutare • ne scelus suum populus impleret 7

Factus est xps in opprobrium iudaeorum dicentium • ua qui destruit templum di • et cetera quae insanis mentibus uidebantur opprobria • quae nobis probata s conferre medicinam 7

Hunc uersum contra omnes perfidos debemus accipere • detrahunt filium apud patrem arriani • qui eum minorem esse testantur 7 locuntur mala aduersus animam apollonaristae • qui dicunt ei diuitatem carnem solam • hominis sumpsisse • non animam 7

Liberame in passione seuissima iudaeorum 7 egenum et pauperem sedicit • ex humilitate carnis 7 cor conturbatum • sicut ipse professus est 7 tristis est anima mea usque ad mortem 7

Infirmata sunt genua • quando apostoli eius passione sunt dispsi 7 quid enim plus potuit esse infirmius • quam ut petrus neguret • et reliqua fidelium turba latuisset 7 oleum hic imago est claritatis di • quae carnis infirmitatem in gloriam in mortalitatis commutauit 7